

1 M P
2
0 70

5

B. Jusc. 5

~~Capa - C-116~~


IMP

2

70

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

$\theta = 2$ $w = 1$




~~Cyan C-116~~


IMP

2

70

$\theta = 3$ $\theta = 2$ $w = 1$





Relacion⁵ Varas
Tomo. 2.

Son en Diferentes ocasiones de Censo-
nizaciones de Santos Varas

Y Del Alcalde Comisario de
May en Vigo, hoy en plaza. Precio 50
Indice Archivo.

De today se hallan en la Oficina.

Recogida

en este año año de 1632

el dñ. L. de Montenegro de la Compa-
ñia de Jesus
Alabado sea el santo sacramento

la Purísima Concepción de Nuestra Señora
Acabada en el Oficio mayor
de sus oraciones

Sin Mancha de Culpo original.

II

Bucle p'los con el al Cielo, q' D' se apres
quieta por su amor, y su fe. Talon il ph' ch' q' lo mas
procede como se ve, con q' q' q' q' q' q'
en obras de tanto buelos, q' m'zo sup' q' q' q' q'
premie asai Dios yuesto zclo, q' q' q' q' q'
y si os fnticreis pres' da, q' q' q' q' q'
L' y de vivir tan o' clada, q' q' q' q' q'
obligado q' empeçar la vida eterna, q' q' q' q'
el q' q' q' q' q' q'
ase que os lleve abrigada, q' q' q' q' q'
Mas que no hará por vidas, q' q' q' q'
mis señora doña Antonia, q' q' q' q'
el que en Sarepta Sidonia, q' q' q' q'
las halló en su abrigo agudas, q' q' q' q'
por una, las piedras mudas
dirán lo que supo obrar
pues aun muerto hizo hablar, q' q' q' q'
y la dejó tan sobrada
que qualquier muger honrada
Por el pudiera envudar.

DE CIMA. LA V S D E O:

Q' q' q' q' q' q'
q' q' q' q' q' q'



N-28
1696

SACRVM CERTAMEN.



HISP. Typis FRANCISCI de LYRA. M.DC.XXI.

M V 2



STIRPIS IESSÆ

96

VIRGÆ FLORIDÆ.

Ex Q V A

PVLCHRICOLOR FLOS
 Christus Iesus, Aeterni numinis candor ascendit candidatus. Altitonantis filiæ, Spōse, Parenti. Orbis utriusque decori. Alteri luci mundi. Humano ad cœlos generi, sorti, viæ, portæ, rotæ.

SACRATISSIMAE VIRGINI

MARIAE DE LOS REMEDIOS, MVR-tensis Regalis Redemptorum almi Cœnobij gloriae, & honori: Arcæ Æsurgentí Dei, flumine adverso (velut Iordanis) redeuntibus undis, minimus inter suos filius.

FRATER LUDOVICVS MIQUEL ABRIL,
 EIVSEM COENOBII NOMINE PAN-
 carpium hoterium, non ex Alcincí, non ex Phœacum ro-
 fetis, sed ex sacra universa Theologia viridantibus
 pratis affectuose votet, sacrat
 humiliter.

AD ILLVD PROVERBIORVM VIII.

Et de'stabat per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens
 in orbe terrarum, & de'itiae meæ esse cum filijs
 hominum.

Perfectæ gloriæ Deiparæ, manifestatio gloriosa.

Sit ne Redemptorum sacra Religio cœlestis Mariana
 gloriæ complementum?

MARIA ABYSVS LVMINIS.

BERNARDVS ait in Sig. mag. Apoc. & merito amicta Sole, quæ profundissimā ultra quam dici potest penetravit abyssum, specialiter visibilē se præbens essentia Divina ei, quæ dignior divino iudicabatur obtutu. Deus in se invisibilis, (si vires atendantur creatæ naturæ) & corporeo visui & spirituali, videri se patitur ab intellectu creato ordine gratiæ, Intuitiva cognitione, ad quam simul cum obiecto cognito dari in nobis appetitum, nō solum elicitum, verum & innatum, & fateor, & assero; innatum (dico) non per modū ponderis, sed activæ potentiarum. Causa totalis non partialis, principalis non instrumentū est intellectus, & lumen, cuius munus suppleri non valet etiam per Dei posse à substantia sua, nec ab auxilio extrinseco, bene tamē ab intrinseco. Vnitur de facto Divina essentia creatæ potentiarum, qua sic, impossibile iudico enigma aliquod, seu similitudinem dari expressam, seu impressam de obiecto beante ad elicendā visionem; lumen communiale non est creato & creabili intellectui, cū substantia supernaturalis creata omnino repugnet. Neq; propter hoc unquā est cōcedēdū divinā essentiā effectum speciei impressæ suplere & hæc omnium Theologorū debet esse cōstans doctrina. Beati omnes eadē gaudēt beatitudine, & equaliter in essentialib' in & equaliter in accidentalibus vident totum Deū non totaliter, attributa omnia & relationes, omnes vero creature possibiles minime, etiā si videant omnipotētia, alioquin per locum ab extrinseco cōprehenderetur.

SCIEN-

SCIENTIARVM PRAESES.

Ispalensis Pastor sic Isidorus, imo & scientiarum sanctorum ipsa scientia; attributum vere divinum, sed Mariæ sanctissimæ (ea ratione qua Deipara) digne coaptatum, quo sacrilega impij Lutheri, & aliorum novatorum inscientem eam appellantium obstruantur ora, sicut insipiētum illorum qui sua ponentes in Cœlum, quomodo scit Deus, & si eit scientia in excelsō dubitaverunt. Datur propter ex superantem divinæ perfectionis splendorem in Deo perfectissima scientia, quæ sui utriusque obiecti comprehensiva est, & primarij, quale est ipsamet essentia divina, & secundarij, quale sunt universi ordinis creaturæ. Duplicē in differentiā increata partitur scientia adequate, visionis alterā, alterā intelligētię simplicis; hęc creaturas nos cit prout simpliciter habēt esse in intellectu divino, illa prout extra illum; respicit enim visionis scientia (quæ invariabilis eit) res ipsas ut existentes, nihil supra simplicis intelligentiæ scientiam addens, præter terminationem novam ad noviter representatum obiectū. Dicendum præterea Deum possibilia omnia, & impossibilia cognoscere nec non & futura omnia, tam absolta, quam contingentia, & conditionata, peccata similiiter, privationes, negationes, & quidquid cognoscibile est eo omni modo quo petit cognosci; cū quo stare debet, essentiā divinā ad ultimū sui constitutivum actuale intelligere postulare, actū vero primū, seu radicale intellegere nullo modo, hoc namq; ad perfectissimam essentiam perfectissimum pertinet constitutivum.

DEI DIOPTRA.

Andreas dixit Hierosolymitanus, sic Mariā laudans Serm. de eiusdem Annunciatione, qua Deus quasi à longe prænovit omnes alios, quos prædestinavit, & præscivit, ut sancti & immaculati essent in conspectu suo. Si ergo Divina sapientia quos prævidebat elegit, cur non libenter fateri debemus nullā electionis dari causam ex parte nostra? elegit Deus homines nullo in illis præviso merito, nō solū ad gloriā in cōmuni, sed etiā in particulari, sicut ad determinatum gratiæ gradū. Vnde tota prædestinationis vis & certitudo ab actus divini efficacia provenit, nō à meritorū præscientia, illæsa in sua libertate nostra volūtate manente. Efficiens causa illius Deus, meritoria Christus Dominus, quod negare temerarium est. Sistit ordinationis huius essentia, quo ad formalissimum in actu imperij intellectus præcise licet alij actus, tā intellectus, quā voluntatis (more nostro) antecedant & sequantur. Fecundi hæc ordinatio plures paritur effectus & supernaturalis, & naturalis ordinis, primi, sunt vocatio, iustificatio, glorificatio, nec hæc solum, supernatura etiam dona & bona, permisso item peccati, quæ omnia quoad substantiam intelligenda sunt, rationem sortiri effectus; secundi, esse substantiale hominis, clara progenies, pulcherrimæ dotes, &c. sint aut non quo ad subtilitatem effectus, sit problema. Cum quo stat prædestinationem non solum potestative, sed propriissime providentiæ partem esse, & ad visionis scientiam libera spectare.

BELLAT.

BELLATRIX EGREGIA.

Accinit Alcuinus Serm. de Nativitate, hac nifallor ratione, quia Christi alma parens Maria filij induit conditionē ut dæmonem, & dæmonis filios in ēternū debellet. Deus quamvis de suo (hoc Tertulianus) optimus sit, de nostro iustus ostenditur, & quāvis in multa patientia sustineat vassa iræ in interitū apta, pacificus pacifice omnes salvari desiderans, tamē egregium bellum paci impiæ anteponens, (dictum Nazianzeni) impios quos novit, quorum peccata & impēnitentiam prævidit furoris romphæa deturpavit, despiciatus est in ēternū. Exclusio hæc, seu reprobatio pro dupli signorū consideratione duplex est, positiva videlicet & negativa; hæc in actu & signo eodē eligendi præ destinatos reperta, illa in alio positivo actu expresse ad ipsos in primo signo non electos terminato, quo à Regno efficaciter excluduntur; Positiva reprobatio in actu præceptivo intellectus (sicut prædestinatio) cōsistit, que in hac vita nullū sortitur effectū, in ventura exteriorem punitionē, seu eternæ pēnæ & dāni, & sensus inflictiōnē pro effectu habet. Aliter iuditiū ferri debet de causa reprobationis, nā illius ex parte reprobi, vel etiam non ordinati ad eternā vitam vera datur causa; hoc namq; non solū ad divinam iustitiam verum & ad misericordiam spectat. Sed aliter, & aliter, nā reprobationis positiva vera causa est peccatum morte consummatū, negativæ vero reprobationis, sive consummatum morte sive non, unde, iuste facit Deus, & quando positive reprobat, & quando non elit.

COELI GLORIA.

Petrus fatetur Damianus Serm. i. & summa post Deū Gloria Mariā videre Mariæ adhærere, & in suæ protectionis munimine decorari; Deus summum bonū utique, & felicitatis obiectū summæ undique rapiens voluntatem, cuius cōsecutio formalis nullatenus in voluntatis actu stare potest, sed necessario in intellectu ad quem solum spectat formaliter beare. Libenter cum hoc fateor voluntatis actum in conceptu beatitudinis intrare debere, nō essentialis, & quidditativæ, sed perfectæ, unde non perfecte beatus esset, qui actum quo Deum diligeret non haberet, etiā si actum quo contemplaretur eliceret; sicut neque qui utrumque habens actum, gloria corporis non esset affectus: ex quo infertur cum satiatione appetitus ex parte appetibilis aliquod in beatis adhuc compati desideriū, sic Angeli prospicere in Christum, & profectum gloriæ illius adipisci; sic beati ex hominibꝫ corpora assumere; *Sic sacratissima Dei mater, & nostra Maria iterum & semper similes primo Redemptores filios parturire, & munus exercere matris, quod desiderium (quod ad potuit) in hac nostra Sacra (potius sua) Religione expletum videre, fas est.* Dilectio efficax Dei Auctoris naturæ licet in statu puræ possibilis esset, in statu naturæ elevatae impossibilis est. In hoc enim supremum bonum ita diligi, quin etiam ut Auctor est gratiæ & gloriæ diligatur, repugnat omnino.

C V R R V S C H E R V B I C V S.

Piphanius Orat. de eius laudibus testatur, ob proprijs simam illius cū illo similitudinē, quia sicut hic decem millibus multiplex citatissimus volat, ita & illa innumeris alis elata festinat ut patrocinetur. Et sic ipsa omnes & singulas cogitationes nostras, necessitates, pericula, & discrimina (multocula) videt, ut omnibus & singulis prospicit; sicut Deus auxilians nostras omnes operationes, & actiones prævenit, opem & auxiliū præbens, ut sint. Auxiliatur ergo Deus concursu suo, & gratia, non solum morali prævia, sed etiam physice præmoveente & ex se prædeterminante, quæ ut à Deo provenit efficaciam habet suam. Prædeterminat etiam ipse omnes causas secundas, tām necessarias, quām liberas ad quascumque earum operationes, sive naturales sint, sive supernaturales, quinimo ad peccaminosas & malas, non solum quantum ad entitatem physicam operationum, sed etiam quantū ad entitatem moralem illarum prius quā se determinent, cum qua prædeterminatione compatitur voluntatis præmotæ utraque libertas, tantum enim abest, ut hoc quidquam illi obsit, ut potius perficiat, hoc namque & ad auxilij naturam, & ad suavissimam Gubernatoris providentiam spectat, ut voluntas vellit cum vult, & ipse faciat ut vellit. Vnde etiam in voluntatis potestate est tale auxilium habere, saltem ut eliciens operationem semper enim cum vult homo, auxilia, tām sufficientia, quām necessaria ad operandum habet.

27 CAUSA SALVTIS.

Reneus lib.3.contra hæreses,cap.38. Maria
uas decantans laudes sic fatur,& merito qui-
dem,senescenti mundo culpæ senio,& langui-
do peccatorū vulnere renovationē attulit & sanitatē.
Per fēminā mors mundū intravit , utique & per fēmi-
nā vita , à Maria enim gratiā & gloriā accipimus , imo
in ipsa , & per ipsam quidquid in nobis est boni habe-
mus ; attamen ut perditio nostra ex nobis sit , ipsa re-
nuente à prima regula varijs & non rectis tramitibus
deviamur cōmitendo iā,iā omitēdo;cōmissio cōtra ne-
gativum præceptū,omissio contra affirmativum , ac-
tū importans necessariò nullatenus si de interna omis-
sione sermo sit ; de externa enim aliter est loquendū,
hanc enim semper comitatur actus ad minus Grāmati-
calis,qui causa , vel occasio omissionis fit. Gratia susci-
pimus,& de morte ad vitā Maria deprecante,& deside-
rante revocāmur,cuius ita efficax est desideriū , ut gra-
tia semel per ipsam data , & nostris accepta meritis , si
quavis amittatur causa,dūmodo auferatur,per quod ius
quantūvis minimū meritū reddeat ; secus vero pecca-
tū semel per gratiā destructū & Dei benignitate remis-
sum,quod nequaquam reddit , quamvis homo vesti-
gijs ob errantibus in alterius peccati trahatur præcipi-
tiū,etiā si maius censeri debeat peccatū ingratitudinis
post iustificationē cōmissum,quā post innocētiæ statū.
Resurgit ergo homo sēper in maiori gratia,& ad quod-
vis meritū statim correspōdet præmiū,tanta est , & mi-
sericordia,& liberalitas causæ nostræ salutis.

VIRGO

VIRGO LIBERIOR.

Hieronymus ait in Ecclesiastem ingenue satis, tanquam sola Maria sit, quæ Protoparentis Adæ filia ex semine, & exactorem Sathanā illusit & cessare fecit generale tributū. Miserabilis vulnere & virulento serpentis morsu, & Adami in obediētia infirmata natura, ad omnes qui propagationis via venerūt posteros capit is peccatū transfusum est, quod causa moralis fuit omnibus nobis irritum faciens patetum (quod suppono) de non peccando; quod idem efficeret damnum, si ante inobedientiam aliquod contra naturæ legem lethale cōmisisset peccatum. Peccata proximorum parentum non in posteros transfunduntur quo ad culpā, quod etiam fuisse de primo, si caput humani generis non extitisset. Et licet massa omnis peccati fermento corrupta fuerit unus Deo facer panis vivificus, *Dei genitrix Virgo Maria*, & à fermento immunis à Conceptionis instanti, & sinceritatis azyma extitit omnino, non solum quo ad contractionē actualē peccati, verum & quo ad debitum habendi illud, non in proximis parentibus, non in semine præservata, sed in ipsa animæ formatione, hoc enim & digne & sancte iudicatur factū à Deo. Si homo absque propagatione cum carne per miraculū formaretur, neutiquā originale contraheret, sicut si homini formato viriliter per hypostasim uniretur natura divina. Idem iudico dicendum de nobis, si post peccatum Eva & Adamus pater non peccaret, contrarium vero si Adamus solus pecaret, Eva in iustitia manente.

GRA-

GRATIARVM PELAGVS.

Gannes affirmat Damascenus Oratione i. de Mariæ Nativitate, in quā Gratiarum fluenta purissima ex Cœlesti gurgite intraverunt, nō redundantē mare, sed de Coelo pleno, ut natura Divina per hypostasim unita humanæ, quod erat illius biberet, & nos divinæ efficcremūr confortes naturæ, & pelago Mariæ tranato admirabile fundaretur inter Deū, & homines commertiū, cuius merces gratia, quæ vera Divinæ naturæ participatio est, nō ut cūq; sed secundū gradum differentialem soli Deo proprium, diffusa per Spiritum Sanctū qui datus est nobis, in cordibus nostris, qua filij Dei nominamur & sumus. Hæc, tantæ perfectionis est, ut rationales creaturas essentialiter, & adequate sanctificet, absque ullo Charitatis adminiculo (à qua diversa realiter est) imò nec extrinsecæ condonationis; & tantæ necessitatis, ut sine illa nequeat homo præcepta legis implere, aut gravem tentationē superare, sed & nec diu sustinere levem. Insuper & virtutis tantæ, ut ægrotantē per peccatū animā sanet, & mundet interius renovādo, & sordidū peccatū expellēdo, ita infallibiliter, ut adhuc inspecta Dei absoluta potentia, posita in subiecto in quo est peccatū in eodē cū illo remanere non possit. Eandē cū peccato opositionē Charitas habet habitualis, aliter tamen, & aliter defruunt peccatū gratia in genere causæ formalis Charitas in genere dispositionis, in quo etiā genere Charitas concurrit ad iustificationē: de potentia verò absoluta Dei reperiri in subiecto potest cum peccato.

FIDEI

FIDEI MENSA.

Phren Sctus hoc de Maria Oratione de eiusdem laudibus. Et hoc, locuples est charissima & virtutibus plena msa virginea ; virtutibus ex hoc ipsam intelligo referat (non fide, n spe, quibus caruit forsitan a primo Cōceptionis instanti, & sine dubio ab instanti incarnationis Verbi Divini) sed charitate, & alijs infusis in gradibus intensis. Inter tres, quae Theologicae enumerantur a Paulo (quibus & nos non ineptè quartam Theologicam adhibere possemus) primum locum in numero fides obtinet Christiana, qua quidem habitus certus est, & obscurus cuius adequatū & primariū motuum est divina veracitas ut revelans, in qua ultimo fides resolvitur. Obiecti materialis illius rationem intrant, non solum veritates, quae de Deo credi possunt, sed etiam quæcumque aliæ, & quidquid a prima veritate valet restificari. Veritas Divina primo, & in recto prout est ratio credendi, dicit rationem summæ sapientiae, secundm quā habet Deus non posse falli in dictis suis; insuper connotat essentialiter in oblioquo omnimodā rectitudinem voluntatis, ratione cuius habet alios non posse decipere. Cū quo stare debet im possibile esse, etiam si progressum ad divinam omnipotentiam faciamus aliquem ab aliqua fidei veritate recedere, quin ab omnibus etiam discedat, nam in eo quod aliquam veritatem de fide non credat, consequenter etiam aliam quæ divinæ nittitur veracitati, quæ nec fallere (ut dixi) nec falli potest, credere non valet.

AVRORA

A V R O R A .

Gregorius 4. Mor. 14. quia spes solis eleganter asseverat & venuste. Crediderim sanè hoc dicatum, & ab Ecclesia matre etiā illud decantatum, *Spes nostra*, & qui a sclem iustitiae Christū fecit nobis oriri, & quia (licet ut dixi ipsa propter excellentiam Spe caruerit) in nobis hæc Spei virtus propter ipsam perseverat. Hæc Theologica virtus Deū respicit ut bonum nostrum, sub ratione formalī ardui, ut per visionē beatificam possidendum, & obtinendum virtute Divina, cui innititur. Vnde infertur rationem summi boni, seu essentiale beatitudinē esse primarium obiectum, Deum autem ut auxiliatorem in ordine ad beatitudinē essentiale rationem formalem sub qua, arduitatē vero essentiale connotatū. Proprium & immediatū subiectum Theologicæ huius virtutis voluntatem esse affirmamus, nec cuiuscumque creaturæ, sed eius tātummodo in qua reperitur, nam in beatis, nec in damnatis etiam per respectum ad absolutam Dei potentiam inventari neutiquam potest quantum ad actum, benē verò quantum ad habitum; quo ad actum vero, & quo ad habitum inveniri potest in eo, cui fuerit facta revelatio suæ damnationis, quamvis practice, & moraliter hoc impossibile sit. Est sicut fides habitus certus, non quia voluntati conveniat esse certitudinis subiectum, sed quatenus à fide Theologica, quæ essentialiter certitudinem habet, ipsam participat, quod sufficiens est ut certitudinaliter absolute dicatur tendere in suum obiectum.

FORMA

FORMA VIRTUTVM.

AMbrosius lib. 2. de Virginibus sic Dei genitri
cē appellat, ut ex illa liceat nobis sumere exē-
pla vivendi, quē velut speculum fulgens Cha-
ritatis radios emitit. Ipsa Charitas est (teste Augusti-
no) & merito quia ex ea opera nostra assūmunt valorē,
non minus quā reliquæ virtutes à Charitate, quæ om-
nes per illam ad summum bonum ordinantur, non solū
quantum ad habitum, sed etiam quantū ad actus ea-
rum. Est igitur Charitas sicut forma, ita & Regina alia-
rum virtutum, & excellentior omnibus simpliciter &
absolute. Itē benevolentia , cui si accedant requisita,
redamatio videlicet mutua, vitæ conversatio , & spiri-
tualiū cōmunicatio bonorum, perfectæ ratio amicitiæ
hominū convenit erga Deum. Vna & eadem semper
existit, omnia bona tām naturalia, quā supernaturalia,
tām intrinseca, quām extrinseca Deo propter ipsum cō-
cupiscit, ipsum respiciens primario, cætera omnia secū-
dario. Insuper neque ex natura sua , neque ex pra-cep-
to, certam intensionem postulat, quinimo in quolibet
gradu remisso etiam , ut unum essentialiter potest sal-
vari ; Augetur Charitas quovis actu etiam remisso cū
primum elicetur, & ad illius productionem volitiva po-
tentia concurrit ut causa principalis & totalis; cum quo
stare debet per absolutam Dei potentiam, Charitatis
actum elici absque habituali Charitate non repugna-
re, dum ab ipso ponatur auxilium intrinsecum inhæ-
rens, quod supleat defectum & vices gerat habitus
Charitatis.

ID AEA

Apientissimus re, & nomine Idiotæ Mariæ laudes in oratione decâtans, nō solū quia nobis in exéplar posita, sed quia, & Deo ipsi (in bonum accipite) fuit Idœa, ad cuius similitudinē humana, quæ verbo vestis, dotibus virtutibus & gratia decoraretur. Fuit in illa plenitudo gratiæ, fuit in illo, Christo scilicet Domino, gratiæ & veritatis plenitudo, qua Sanctus extitit undique non solum sanctitate increata per gratiam unionis, sed etiam creata gratiæ scilicet habituali; quod licet Chatolica veritas non testetur expressè, ita illi consonum est, ut negare non esugiat temeritatis censuram. Sanctificata fuit natura humana immediate à divina personalitate, à deitate vero mediate. Plenus insuper gratia Christus, non solū quia omnem sanctificantem habuit, sed quia omnibus gratijs, quæ imperfectionem non dicunt præditus fuit. Admitterūt omnes gratis datæ, septem Spiritus sancti dona, secus tamen fidem, & spes, imò & pœnitentia, quæ undique in illo impossibilis est. Item ad perfectionē suppositi Christi Dñi, & ad statū naturæ creatæ verbi personalitati unitæ ad tantā evehi spectat dignitatē, ut quæ ex nihilo condita, iā ordinis divini & increati existat. Vnde assēveramus Christum Dominum non in aliquo determinato genere, aut certa cathegoria, non solum propriè, sed nec reductivè collocari posse, neque aliqua dabilis est, quæ illum sufficiat claudere, neque ex decem à Philosophis assignatis ulla est, quod hoc facere possit.

S A N C T I .

S A N C T I T A T I S T H E S A V R V S.

Gretensis ita fatur Andreas, id est en sanctitate sic per lucens Maria qua nulla pura ornata est creatura, quæ de immenso divinitatis Thefauro haurivit sanctitatem; Christo solo excepto Sanctior est universis, impeccabilis hæc per gratiam, quod ille habuit per naturam. Natura humana hypostaticé verbo unita, nec peccare, nec in peccato manere potuit, quod si per impossibile contingeret, statim unio dissolveretur. Nefas est Christo Domino concedere somitem peccati, sicut & hanc propositionem, *Christus potuit peccare*, in rigoroso & proprio sensu, nec hoc affirmare unquam venit in mente in Angelico Præceptor D. Thomæ, nec D. Bonaventuræ Seraphico. Currens Christus in via bravium cōprehensoris tenebat, aliqua amplectens, propria viatoribus, aliqua etiā despiciens. Fuit in Christo Dño nostro ira; fuit & admiratio non quomodocunque, sed experimetalis, quæ est cōplacētia, seu delectatio in recognita si iuvenia sit, vel timor inferendi iudicii circa ea quæ altiore pertunt ordinē, & cognitionē. Absit ut ob hoc Christo infligamus ignorantiae notam. Adfuit illi timor per modum velleitatis simplicis, sicut & tristitia, non quæ ad volitivam potentiam spectat, sed quæ sensitivum respicit appetitū, fuit dolor sensibilis, quam passus est dira in agone passionis & mortis suæ, fuit passibilis anima, non inordinatis passionibus, & quæ contra rationem sunt, sed ordinatis, & quæ iuxta illam, nec aliquid præter hoc afirmari salva fide potest.

A V T R I X

A V T R I X M E R I T I.

Vgustinus parens Serm. 18. qui est de Annunciatione Dominica Evæ demeriti auctrici controponens, sic laudat Deiparā, quæ meritorū generavit Auctōrē Christum, qui secundus Adam de Cœlo coelestis meritis, & valore passionis illius cœlestē nobis reseravit Paradisum, & aditū præbuit ad æternā salutem. Abundavit meritū, quia abundavit excellētia mediatoris, quavis Christi Domini operatione elicita, tam dilectione & amore Dei, quā dilectione proximorum, tā actibus virtutū moralium infusarum, quā acquisitarum virtutum, nullo actu dum existeret in via exercito, cui non responderet portio meriti, modo elicitus fuerit ab intellectu, modo a voluntate, etiam si regulati, vel eliciti fuerint à scïetia beata qua potitus est omni tempore. Obedivit Patri præceptis usq; ad mortē, sed ita liber in taliū actuū exercitio, ut etiā si præcepti essent, nō solū quantū ad substantiā, verū & quantū ad modū, tā ad extentionē, quā ad intentionē, quo ad totum, actus liberi pleni recensendi essent, & ineritorij. Abundavit etiā meritū, ut abundaret, Consolatio nostra ut intuitu illius (ut præfatus sanctissimus Augustinus affirmavit) nobis nō solum gratia, quæ in hac vita confertur, verum & gloria, quæ in altera, tēpora iustorū vinciet ut corona, & quidquid in nobis reperitur boni, tām naturalis ordinis, quām supernaturalis, à Deo liberaliter largiretur, quæ omnia nobis Christus fecit donare.

DEIPARAE

D E I P A R A E , F O E L I C I T A T I S
*suprema complementum, sub titulo Cœli
Gloria ostentatur.*

D E F E N S A B V N T V R IN RE-
gali Redéptorū Beatissimæ Mariæ Cœnobio
Granatensi, Pro Comitijs Provincialib⁹, sub
fœlicissimis auspicijs P. M. Fr. Hieronymi
de Vzeda, in supremo, Regioque Sanctæ In-
quisitionis Qualificatoris. Die men-
sis Maij, Anno Domini 1631.
ad vesperum.

D E C Y A T E R E M O N I C U L A

A n d r e a s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d

C h r i s t

S P E C I A L I T Y A N D T H E

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e


C h r i s t o n e s o f t h e c o m m u n i t y o f G o d & t h e

R-12.744

97^o 36 27.

(204)

BREVIS DECLARATIO
ET DESCRIPTIO
THEATRI
Hoc Anno MDCXLVI excitati
PRO VENERATIONE AVGVSTISSIMI
SACRAMENTI
EVCHARISTIAE
IN TEMPLO FARNESEIANO SOCIETATIS IESV.



ROMAE, Typis Vitalis Mascardi, MDCXLVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

